

EPILOGUS. QVO.

DIVO. PARENTI. SUO. HOC. ÆTERNAE,
MEMORIAE. ET. FAMAÆ.
MONUMENTUM. DEVOTE. OFFERT.
SUCCESSOR. FILIUS.
LUDOVICUS. H. L.

Hoc Tibi Victori posuit mea Dextra Trophæum:

Has, GENITOR, PALMAS præmia AMORIS habe!

Nam, licet invictæ cingant tua tempora PALMÆ,

Frondebq; æternis frons vireatq; tua,

Dum nunc in Cælo post hosticæ Signa triumphas,

Et Mundi vanas despicias altus opes;

Non tamen his Amor, ecce, meus concedere palmam

Sustinet; hinc PALMAS accipe & hasce meas!

Nominis hoc, inquam, Famæq; tuæ monumentum,

Gloriæ & æternum perpetuantis opus!

Quod nec tempestas qveit aut cariōsa vetustas

Perdere, nec telis Iupiter ipse suis.

TANTUM etenim tantum TANTO mihi in orbe relictum:

Ossa colo TANDEM sic tua, DIVE PATER!

Quod si non potui, GENITOR CHARISSIME! amori

Gestisve æquivalens reddere, ut opto, tuis,

Cætera supplebunt lachrymæ & suspiria, qveis Te

Prosequar, usque meum Te sequar ipse PATREM.

Interea domitis Romana potentia rebus

Quæ patet, & terras circuit æquor aquas,

Ore legere Patriam, perque omnia sæcla Nepotes

Servabunt Famam, DIVE GEORGE, tuam.

Tu vero GENITOR cape sic CHARISSIME, quod vix

Præ lachrymis possum dicere triste VALE!